Quelle: https://manuscripta.at/?ID=772
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



68

Victus & vestimentum distribuatur non equaliter omnibus. quia non equaliter valent omnes. sed pro uniuscuiusque ut opus fuerit. Sic enim legimus in actibus apostolorum quia erant eis omnia communia. & distribuebantur prout uniuscuiusque opus erat. Si conuertens aliquid de suo libens offerat non abnuendum.

Qui aliquid habebant in seculo quando ingressi sunt monasterium. & libenter illud uolunt omnibus esse commune faciant quod elegerunt. Qualiter tenent vel tenent quod pauperes monasterio

Qui autem non habent non ea querant in monasterio. quod ingressi. nec hire in seculo potuerunt. Sed tamen eorum infirmitati quod opus est tribuatur. etiam si pauperes eorum talis erat quando foris erant quod nec ipsa necessaria potuerunt habere. Honorido tantum se putent esse felices quia inuenerunt uictum & tegumentum quia illa foris inuenire non poterant. nec erigant ceruices quia sociantur eis adquos foris accedere non audebant sed sint sum corda habeant & terrena bona non querant. ne incipiant esse monasteria diuitibus utilia non pauperibus. si diuites illic humilientur & pauperes inflentur. Quale se exhibere debeat qui nobilis & diuites in seculo monasterium ingressus. aliquid contulerit.

Ut rursus etiam illi qui aliquid esse uidebantur in seculo non habeant fastidio fratres suos. qui ad illam sanctam societatem expauperate uenerunt. magis autem non de parentum diuitum dignitate sed de pauperum fratrum societate gloriari. Hec se extollant si communitatis desunt facultatibus aliquid contulerint. nec desunt diuitiis magis superbiam. quia eis ipsi monasterio parcuntur. quam si eis inseculo fruerentur. et quid prodest distribuere dando pauperibus. & pauperem fieri cum anima misera. & superbia efficitur diuitias condempnando quod fuerat possi

dendo.